

3778.

1344 d. 1 Maj.

Fagranäs.

Riddaren GÖSTAF TUNESON öfverenskommer med sin svåger Riddaren Magnus Gudmarsson, 1:o att han, Göstaf Tuneson, om han öfverlever sin hustru Katerina Gudmarsdotter, skall till sin död behålla Aspa, Norrby, Tångby och Flanhult i Ydre samt Ryd, Asbotorp m. fl. gods i Westergötland, hvilka jemte hans och hans hustrus köpegods i Ydre skola efter hans död med löst och fast tillfalla Magnus Gudmarsson; — 2:o att Katerinas gods i Wedbo genast efter hennes död skola mottagas af Magnus; — 3:o att om Hr Göstaf i hustruns lifstid skulle inköpa några af nämnda gods, dessa skola delas lika mellan svågern eller deras arfvingar; — 4:o att i händelse af hustruns död den kontanta tillgången i boet skall odelad tillfalla den efterlevande mannen.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Gøzstauus tunæson miles salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi quod recognosco per presentes me cum nobili milite domino Magno gudhmarsson genero meo karissimo ex benigno consensu nostrum vtriusque taliter conuenisse et secundum leges terre inter nos iuretenus statuuisse. quod si me dilecte consortis mee katerine gudhmars dottor sororis sue cuius iam legitimus et vnicus heres esse dinoscitur ipsa moriente superstitem esse contigerit. omnia bona infrascripta. videlicet aspu. norby. tangby et flandholt cum singulis eorum adiacenciis. coloniis. molendinis. prope vel procul positis nullis penitus exceptis in ydhre. ad dies meos possidebo Ita tamen quod omnia et singula bona memorata post mortem meam ad ipsum dominum Magnum vel suos heredes cum domibus. bonis mobilibus in ipsis bonis tunc existentibus dictis bopæningæ. et omnia bona empticia mea et consortis mee karissime in ydhre sita. absque cuiuscumque contradiccionis subterfugio integraliter reuertantur, Ceterum omnia bona in vesgocia que sepedicte consorti mee katerine sorori sue solueram ratione bonorum illius venditorum et dotem eius videlicet rydh. asbothorp. buzuthorp. thorp in alsheret. et broddæbodhe cum coloniis. molendinis. agris. pratis. pascuis. siluis et piscariis cum singulis eorum bonorum adiacenciis quomolibet nominatis. eadem ratione ad dies meos habeam inconcussa Ita etiam quod statim post mortem meam ipsi domino Magno vel suis heredibus cum domibus. et singulis bonis mobilibus in eisdem bonis *) protunc existentibus absque diuisione et diminucione qualibet omni impedimento procul moto cum singulis eorum pertinenciis vt premittitur penitus resignentur. cum condicionibus que secuntur annotatis. quod heredes mei vel aliquis ex parte illorum quicquam de bonis prescriptis tam hereditariis quam empticiis tam mobilibus quam immobilibus post mortem meam pro ipso domino magno vel suis heredibus impediendi. inclamandi. minuendi. vel ad diuisionem aliquam reuocandi. nullam habeant potestatem., aut bona in vidhbo ipsius consortis mee que ipsi

*) De föregående fyra orden äro i originalet upprepade.

domino Magno statim ipsa mortua. vel suis heredibus cum domibus et bonis mobilibus seu bonis empticiis singulis inibi. sunt veraciter assignanda. Ablato ipsi domino magno et suis heredibus. omni iure et occasione qualibet omnia alia bona mea vbicumque locorum constituta premissis singulis exceptis tam hereditaria quam empticia mobilia vel immobilia quomodolibet acquisita post mortem meam pro heredibus meis aliquo modo impedire. et condicionibus hic prescriptis ipsum et heredes suos post mortem meam ab heredibus meis dinoscitur super omni diuisione bonorum siue rerum legaliter esse separatos, Sed si me bona vel predia prefata consorte mea katerina viuente emere contigerit in futurum inter ipsum dominum magnum vel heredes suos et heredes meos. secundum leges terre amicabilem diuidantur. Insuper si ipsam consortem meam ante me mori contigerit fiscus noster michi remaneat integraliter. et attineat indiuisus. In testimonium autem et euidenciam firmiorem omnium premissorum Sigilla venerabilium patrum domini Petri dei gracia episcopi lincolniensis. domini Siggonis eiusdem gracia episcopi scarenensis. dominorum fratris mei dilecti kanuti ionson. magni knutson. Johannis knutson. et fratruelis mee domine cecilie knutz dottor vna cum meo proprio presentibus sunt appensa, Datum et actum anno domini. M^o. CCC^o. XL^o quarto die beatorum Philippi et iacobi apostolorum. In faghærænæs.

Sigillen: N:o 2, Biskop Sigges sekret; de öfriga borta, 3 remsor qvar.

3779.

1344 d. 3 Maj.

Pargas.

WINAND, Kyrkoherde i Kimito, uppläter sina gods i Trulshufvud (Trälshåfda) i Tenala socken till Åbo domkyrka.

Registr. Eccl. Aboens. chart. fol. 123. v. *)

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Wýnandus curatus ecclesie kýmmitto Salutem in domino sempiternam Noueritis quod bona mea in trvlzhuwat, parrochia thenalum, cum omnibus adiacenciis dimitto et assigno ecclesie Aboensi. per presentes perpetuo possidenda, In cuius rei euidenciam. sigillum venerandi viri domini elawi prepositi aboensis, vna cum sigillo meo presentibus est appensum, Datum et actum in Pargasa, Anno domini M^o. CCC^o. XL quarto, die inuencionis sancte crvcis.

Öfverskrift: De prediis in trvlzhoffwud.

*) I Utgifvarens Samlingar till Sv. Diplomatarium finnes en Svensk öfversättning af detta bref från början af 1600-talet.